

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Disputatio De Restituendis Duobus Versibus Jos. XXI. In  
Quibusdam Codicibus Hebraeis Omissis**

**Abicht, Johann Georg  
Flachs, Sigismund Andreas**

**Lipsiae, 1714**

**VD18 11446064**

§. IX.

[urn:nbn:de:bsz:31-130552](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-130552)

res Talmudistæ, & qui eos præcesserunt Numeratores. Discrimen vero leve est, & non nisi in Decalogo & canticis commissum, ubi recentiores inæquales versus reliquis æquales reddere voluerunt, quod in Decalogo evidenter ex duplici accentuum ordine constat.

§. IX.

5) Uterius Masoræ nostræ quædam a Judæis addita sunt, ex Commentario Raschii deprompta. v. g. 2. Reg. V. v. 20. in Masora parva legimus: *כפרשי חסר איה* h. e. *Deficit Aleph secundum Commentarium Raschii*. Quæstio est de verbis Gehasi, qui dixit: *Vivat Dominus, ego sequar eum*, (Naamanem) & *accipiam ab ipso* *מאומה* aliquid. Sic legunt Biblia Anglic. Bomberg. in fol. 1517. & in 4to 304. h. e. Christi 1544. typis vulgata, & alia plura. Vulgat. vertit: *Accipiam ab eo aliquid*, LXX. *καὶ ληψομαι ἀπ' αὐτοῦ τι*. Sic quoque Chald. Sed Raschius peculiare quid vidit, scribens ad h. l. *חסר איה מומה* h. e. *Deficit Aleph & legendum est מומה* macula, quia illa acceptione sibi accersivit maculam (lepram) quasi Gehasi dixisset, ego accipiam ab ipso maculam. Sed quis tam obese naris, ut non sentiat Raschii ineptias, qui præter sensum supra datum illa scriptio- ne, aliquem mysticum quærit. Hinc tamen factum est, ut in Buxtorf. aliisque Masorethicis codicibus legatur *מומה* macula, cum in aliis multo rectius juxta fidem MSS. substitua- tur *מאומה* quicquid. Hæc est hodiernæ Masoræ facies, antiquæ traditiones commixtæ sunt cum recentiorum com- mentis, quæ non discernimus, nisi antiquarum versionum, & collatorum MSS. subsidio. 6) Tandem neque Ju- dæi ipsi tantum æstimant Masorethicas annotationes, ut eas ubique sequantur. Possidet nostra Bibliotheca Academica MSS. codicem Hebræum, cujus autor omnes difficiliores voces gallice vertit, & loco parallelo & quandoque brevi commentario illustrat, quem Fellerus catalogo MSS. storum

p. 215. Glossarium vocum difficiliorum in Universis Bibliis appellat. Hic autor ad cap. IV. Jobi vers. 2. annotat:

h. s. multas explicatio-  
nes vocis הנכה vidi, in  
quibus non est congruus  
sensus. Dicunt quidam  
illum convenire cum הנשא  
si proferemus verbum  
contra te, erisne defati-  
gatus? sic sentit *Aben Esra*  
& hoc sensu nun significat  
pluralem & samech est lo-  
co Sin. Hec quoque est  
sententia Auctoris Masore  
ad Deut. IV, 34. an tenta-  
bimus DEUM? ubi Ma-  
sora annotat: vox illa bis  
legitur in duabus significa-  
tionibus, b. l. & Job. IV, 2.  
Sed videtur mihi vocem ita explicandam esse: an ita versatus &  
exercitatus es in tentationibus illis, ut nunc defatigatus maledi-  
cas diebus tuis.

Ex hoc manifeste apparet, Auctorem nostrum *Aben Esra* & Auctoris Masore sententiam componere, utramque rejicere, & aliam meliorem substituere. Infra §. 16. videbimus, integram Synagogam Masoram deserere & ei meliorem MSSi lectionem præferre. Quare minime existimamus, Masore annotationes a Christianis tantum esse faciendas, ut nostros versus ex Codice removeamus. Si conjecturæ locus est relinquendus, prima observatio Masoretharum, quæ את in nostro Capite XXI. Josue enumerat, & nostros versus prætermittit, post R. Haj atatem demum Masore accessit, ante illam enim controversia nostra Judæis non innotuit. Nec altera Masora fini libri Josue annexa, quæ versuum numerum

C 2

exhibet,

הנסרה. רבים פי' ראוי  
ואין בהם טעם יא כמ' הנשא  
אם נשא דבר אליך  
תלאה וכן דעת אבן עזרא  
והנני לרבים והסמך תחת  
השין וכן טעם בער  
המסורה על הנסה אלהים ב בתרי  
ליש' הנסה דברי: והכבן הנסירה  
והורגלת ביסורין חללו שאתה  
עתה נראה ומקלה ימך.

exhibet, attendenda erit, vidimus enim, quantum illi in ponendo versuum numero in Pentateucho, Psalmis, &c. dissentiant, & aberrant.

## §. X.

A Codicibus MStis ad impressos pedem promovemus, inter quos primo loco nominanda sunt Biblia Hebraica, Chaldaica & Rabbinica, quæ Venetiis cura R. Jacobi Chajim Anno 1526 & 1549. in fol. ex officina Daniel. Bomberg. prodierunt. Quoniam R. Jacob Chajim suorum traditiones cum reliquis Judæis magni fecit, non miramur, quod textum hebræum secundum Masoræ hodiernæ præcepta emendatum ediderit. Inde factum, ut nostri versus, de quibus controversia inter eruditos agitur, in his Codicibus omitterentur, ne Judæus contra majorum traditiones temere peccaret. Insigni sua eruditione celebris Buxtorf. secundum editionem Bombergianam secundumque easdem Masoræ leges, Rabbinica Biblia erudito Orbi donavit in fol. anno 1619. in quibus nostri versus pariter deficiunt. Eorum loco adjectam reperimus annotationem hanc in margine:

יש ספר' מונה בהם  
וממטה ראובן את בצר וגו'  
ובכר' הספ' המדוייק' השנים  
ל' נמצא ועיין פיר' הקמחי  
וגם במסר' עיין כי בשמונה  
כ' את ל' נמצא אר'  
בכל'ן יהו' ראיה גדולה:

*comprehendi, atque hæc ratio gravis est.*

*Sunt libri, in quibus a Correctore additum est: Et ex tribu Ruben, Bezer &c. Sed in nullis Codicibus accuratis & vetustis hæc inveniuntur, vide Commentar. R. Dav. Kimchi & Masoram, quam inspicere, & apparebit, si numeres 28. את islius Capituli, hæc tria את duorum versuum in numeratis non*

Duæ obtenduntur rationes, quibus versus nostrorum omissionem excusant. Prima est Kimchii Autoritas,